Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Misit tenebras & obscuauit / & non exacerba
uit sermones suos. Conuertit aquas eorum in
sanguinem / & occidit pisces eorum. Edidit
terra eorum ranas / in penetrabilibus regum ipsorum.
Dixit & uenit cynomia & cynifes / in omnibus
finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem /
ignem comburentem in terra ipsorum. Et percus
sit uineas eorum & ficulneas eorum / & contriuit
lignum finium eorum. Dixit & uenit locusta
& bruchus / cuius non erat numerus. Et
comedit omne fenum in terra eorum / & come
dit omnem fructum terre eorum. Et percussit
omne primogenitum in terra eorum / primicias
omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argen
to & auro / & non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum / quia
incubuit timor eorum super eos. Expandit
nubem in protectionem eorum / & ignem ut luce
ret eis per noctem. Petierunt & uenit coturni
x / & pane celi saturauit eos. Disrupit pe
tram & fluxerunt aque abierunt in sicco